



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

101. An qui pugnant in bello iusto si dubitant, an occiderint, vel
mutilaverint, debeant se iudicare irregulares? Ex p. 4. tr. 2. res. 30.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

AD hanc dubitationem sic responder Coninch de Sacram. disp. 18. dub. 10. num. 98. Communitate Doctores dicunt omnes adhortantes ad bellum injustum, aut in eo pugnantes, imo custodientes pugnantium facinas, contrahere irregularitatem homicidii, ut voluntarii, si aliqui ex parte hostium occidantur, quia omnes sunt una causa moralis, quia se mutuo excitant (sed quamvis hoc, quando sunt ita pauci, ut se mutuo omnes viderent, vel audire possint, sit communiter verum, quia omnes se mutuo animant, quando tamen sunt multa millia, videtur valde difficile intelligere quomodo singuli quovis occidentes, aut mutilantes ad hoc animent, cum multi sint, qui eos nec videre nec audire possint & difficile intelligitur, quomodo quis hic & nunc possit ad pugnam ab aliquo excitari, quem nullo sensu percipit, unde hanc irregularitatem extenderem ad quinquaginta, vel etiam centum milites, quia possunt hi omnes se mutuo animare. Ita ille.

1. Sed adversus Coninch quoad hanc limitationem insurgit novissime Hurtadus disputat. 2. de irregular. diffcult. 6. numero 11. ubi sic ait: In bello injusto omnes milites, quamvis sint plura millia, & etiam omnes custodientes facinas, sunt irregulares quamvis unus tantum occidat, aut mutilet, quia quilibet assistentia aliorum animatur, & custodia adjuvatur, non ergo placet Egidio Coninch, qui quando sunt plura millia, id tantum limitat ad quinquaginta vel ad centum ex circumstantibus occidentem, aut mutilantem. Hæc Hurtad. Vide etiam Petr. Com. in 3. part. D. Thom. tract. 5. de irreg. disp. 11. dub. 2. q. 2. Metcetur de Sacram. in 3. part. D. Thom. quest. 24. dub. 9. numero 1. Avilam part. 7. disputat. 5. sect. 3. dubit. 2. conclus. 1. Layman sect. 5. tractat. 3. part. 3. capit. 8. numero 2. Villalobos tom. 1. tractat. 21. diffcult. 29. numero 1. & alios penes ipsos. Verum his non obstantibus limitationem quam in hoc casu adducit Coninch, aliqui tanquam probabilem admittunt, nam Lessius lib. 2. cap. 3. dub. 4. num. 37. cum Paludano in 4. sentent. distinct. 15. questione 2. numero 30. non putat omnes milites exercitus teneri in expugnatione quod urbis ad totum damnum, quod alii dederunt & adducit rationem, quæ militat etiam in irregularitate. Verum mihi opinio prima magis placet.

3. * Notandum tamen hic obiter militantes in bello iusto aggressivo non fieri irregulares modo suis manibus sanguinem non fundant etiam si alii mutant, vel occidant, ut colligitur ex cap. petio, de homicidio. Nec valet dicere quod tales etiam si per seipsos non occidunt, tamen occidunt per alios quos animant & adjuvant. Ergo non minus erunt irregulares quam iudex, vel satellites assistentes per suam autoritatem, vel auxilium executori homicidii iusti. Nam respondendo negando antecedens, quia miles qui per se non occidit, ex eo solum quod iuste militet, non censetur juvare alios ad occidendum, sed tantum ad strenuè militandum; remote igitur & tantum per accidens censetur cooperari, quod non sufficit ad irregularitatem. Iudex autem & satellites concurrunt ad determinatam actionem homicidii; & quod præcipuum est, habemus declarationem in uno casu à jure, & non in alio.

RESOL. C.

An Milites in bello iusto, si occidunt alios ad defendendam propriam vitam cum moderamine inculpatae tutelæ incurrant irregularitatem?

Tom. V.

Et quid est dicendum de mandantibus, cooperantibus, animantibus, subministrantibus arma, &c. si bellum injustum est aggressivum?

Et quid, si bellum defensivum sit iustum, & licitum, an milites, etiam si occidunt, non sint irregulares?

Et an sint irregulares exhortantes milites in bello iusto, ut strenuè se gerant, vel qui illis vendunt, vel donant arma, &c. Ex part. 4. tract. 2. Ref. 29.

Affirmativam sententiam, si liciti milites processerunt ad bellum pugnandi causa, & non alio fine, docet Suarez, Henriquez, Rodriguez & alii, quos citat & sequitur Bonacina de cens. disputat. 7. quest. 3. punct. 5. num. 2. qui tales procedendo ad bellum tali intentione voluntarii se exponunt periculo homicidii, & saltem in causa voluntarii homicidii. Ergo, &c.

2. Verum mihi contraria sententia probabilis etiam videtur, quam tenet Petrus Cornejo in 3. p. D. Thom. tr. 5. de irregul. disp. 11. dub. 2. quest. 3. & Avila de censur. part. 7. disp. 5. sect. 3. dub. 1. qui citat Sylvestrum & alios viros doctos. Ratio est, quia talis defensio est licita, & confirmatur. Nam si iudex, aut carnifex invadatur à reo quem volebat decapitare, & pro necessaria sui defensione occidat illum, non manet irregularis. Ergo, &c.

3. Non desinant etiam hic adnotare id quod docet Præpositus in 3. part. quest. 5. de irregularit. dubit. 12. num. 93. ubi sic asserit. Si bellum injustum sit aggressivum, exhortat eos, qui occidunt, vel mutant, incurrere irregularitatem homicidii voluntarii, si milititer mandantes, cooperantes, animantes, subministrantes arma, &c. excepto fortè casu, quo aliquis invasus non possit sibi aliter consulere. Nam eo casu non est improbabile quod possit, servato moderamine inculpatae tutelæ, occidere invadentem abique periculo irregularitatis. Ita ille. Sed hoc non admittit Petrus Cornejo loco citato. Hinc à fortiori dicendum est, quod si bellum defensivum sit iustum & licitum milites, etiam si occidunt, non sunt irregulares. Ita Tannerus in 3. part. disputat. 6. quest. 10. dub. 11. numero 268, qui citat Suarez. Nam in hoc casu militat eadem ratio quæ in privata defensione. Et tandem hic obiter nota cum Cornejo loco citato, non esse irregulares qui exhortantur milites in bello iusto, ut strenuè se gerant, nec quis illis vendunt, vel donant arma, modò non incitent ad determinatam hominis occisionem; quamvis non desint authores qui probabiliter asserunt non incurrere, ad quod irregularitas hæc imposita non sit, nisi contra eos, qui propria manu occidunt.

RESOL. CI.

An qui pugnant in bello iusto, si dubitant, an occiderint, vel mutaverint, debeant se judicare irregulares? Ex p. 4. tract. 2. Ref. 30.

Affirmativè videtur respondendum ex Villalobos tom. 1. tract. 21. diffcult. 28. numero 6. Ref. seq. 6. Bonacina de cens. disp. 7. quest. 4. punct. 5. num. 5. & 10. in editione novissima, & aliis, asserentibus ex cap. petio, de homicidio, quod Clericus assistens bello irregularis judicatur, si aliquem interfecerit, vel si dubiam de hoc habet conscientiam.

2. Verum non desunt DD. negativam sententiam docentes, & ideo Præpos. in 3. part. quest. 5. de irregular. dub. 12. num. 97. sic ait: Petitur an qui solum dubitat, an in bello iusto occiderit, sit censendus irregularis, etiam eo casu quo non possit probabiliter judicare?

X 2

judicare se occidisse. Varii affirmant, sed non videtur improbabile, quod non teneatur se habere tamquam irregularem, quia Pontifex in *de cap. petio tua* dicit: Si de interfectione cuiusquam in illo conflictu tua conscientia te remordeat, quod non contingit quando nullum probabile iudicium formari potest. Ita ille, & ante illum hanc sententiam docuerat etiam Avila *part. 7. disp. 6. sect. 3. dub. 1. concl. 3.* ubi citat Navarrum & Henriquez, & addit quoddam si solum dubium sufficeret ad irregularitatem in his qui pugnant in bello iusto innumeri essent irregulares, & ideo hanc sententiam post hæc scripta inveni docere Merollam in *disp. Theol. tom. 1. disp. 3. cap. 4. n. 252.* qui respondet ad *cap. petio tua.*

RESOL. CII.

An in dubio facti circa homicidium, censendus sit quis irregularis?

Et an doctrina prædicta questionis non extendatur ad dubium mutilationis, homicidii iusti v. g. in bello iusto commisi, & in aliquibus casibus dubiis, pro quibus concluditur, quod in omnibus dubiis juris, vel facti nunquam incurritur irregularitas, nisi in dubio facti homicidii prohibiti? Ex *part. 3. tract. 5. & Misc. 1. Resol. 72.*

S. 1. **A**ffirmative communiter Doctores respondent, quos citant sequuntur Sanch. in *summa*, tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 42. & seqq. Avila de *conf. part. 7. disp. 2. dub. 5.* Villalobos in *summa*, tom. 1. tr. 1. Valent. tom. 4. p. 4. disp. 7. quest. 19. punct. 2. Flores de Mena *variar. resol. lib. 1. quest. 9. n. 18.* Azorius *part. 1. lib. 2. cap. 19. q. 10. & 11.* Salas in *part. 2. q. 2. tr. 8. disp. unic. sect. 10. a. num. 70.* Vgolinus de *conf. c. 4. §. 2. num. 3.* Sayrus de *conf. lib. 6. cap. 2. n. 16.* cum aliis, & hoc non solum in foro externo, sed interno, ut patet *cap. ad audientiam*, de homicidio.

2. Non reticemus tamen contrarium docere Henriquez *lib. 1. cap. 3. n. 3. & 4. & cap. 14. num. 3.* & hoc probabile esse putat Suar. de *conf. disp. 40. sect. 2. n. 14.* & ad *cap. ad audientiam*, respondent procedere quando homicidium est ita dubium, ut verisimilius sit fuisse perpetratum, idque sibi videri declaratum in *cap. significasti*, ad finem, nec ab illa communi regula, Omnia sunt restringenda, discedendum nisi ratio convincat, quod non adest in casu dubii: ergo, &c. Sed tu primam sententiam tene.

S. 2. Dicendum est tamen contra Turrianum de *conf. part. 7. disp. 57. dub. 5.* Vasq. in *p. 2. disp. 65. cap. 3. & disp. 66. cap. 1.* Covarruviam, & alios, in aliis dubiis facti præter homicidium, quis minime censendus est irregularis in utroque foro, & sic qui dubitat an legitime natus sit, necne, potest legitimus censeri, & sacros ordines accipere, & qui dubitat utrum uxor unica accesserit virgo, potest ita præsumere & Clericus fieri; & ratio horum omnium est, quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus iure expressis, *cap. is qui sent. de excomm. in 6.* sed in iure tantum pro dubio homicidii incurritur irregularitas, ut patet. Ergo in aliis dubiis præter homicidium standum est illis regulis juris communis tam Canonici, quam civilis, assensibus in dubio neminem condemnandum, in poenis benigniorem interpretationem faciendam. Et ita docet Henricus *lib. 14. cap. 3. n. 4.* Avila de *conf. part. 7. disp. 2. dub. 5. concl. 2.* Layman in *Theol. mor. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. num. 39.* Coninch de *Sacram. disp. 18. dub. 2. num. 2.* Salas in *p. 2. q. 21. tract. 8. disp. 1. sect. 18. num. 168.* & alii.

4. Notandum est etiam quoddam licet, ut dictum est, hæc doctrina non est extendenda ad dubium mutilationis, quia mutilatio non est homicidium: neque ad dubium homicidii iusti, v. g. in bello commisi, quod quid dicat Henriquez *lib. 14. cap. 3. n. 4.* Navarrus *cap. 2. dub. 206.* Avila de *conf. p. 7. disp. 2. dub. 5. concl. 2.* Bonacina de *conf. disp. 7. quest. 1. punct. 5. n. 4.* qui iura loquuntur de casu homicidii prohibiti, & odia sunt restringenda. Vide Sanch. in *summa*, tom. 1. lib. 1. c. 10. cap. 40. & 50. Filiucium *tom. 1. tract. 19. cap. 2. §. 2. num. 47.* & alios. Vnde ex his omnibus concludunt Confessarii, quod in omnibus dubiis, juris vel facti, nunquam incurritur irregularitas, nisi in dubio facti homicidii prohibiti. Et hæc omnia procedunt in casu veri dubii, nempe quando intellectus in neutram partem inclinare potest, nam si aliquis probabiliter opinetur, non commisisse homicidium, irregularis minime censendus erit.

RESOL. CIII.

An in dubio facti non solum in causa homicidii, sed etiam in aliis casibus, quis censendus sit irregularis? Et quid in dubio homicidii iusti commisi, ut in bello iusto?

Et inferitur dubium, an mutilaverit, non esse irregularem. Ex *p. 4. tract. 2. Res. 52.*

S. 1. **D**E hoc casu alibi pauca diximus, & ad Affirmativam illum affirmative respondet Hurtado *disp. 1. de irregular. diff. 4. num. 15.* & ante illum Valquez in *1. disputat. 66. cap. 1.* & Turrianus de *conf. lib. 8. disputat. 57. dub. 5.* Ratio est, quia alias sic dubius per totum temere se exponeret periculo faciendo contra prohibitionem irregularitatis, quod efficaciter deducitur ex *cap. ad audientiam*, & *cap. significasti*, de homicidio, in quibus generaliter traditur doctrina pro omni puro dubio facti, quia in eis non traditur ratio aliqua peculiaris & propria dubii homicidii, sed generaliter omnibus dubiis, (excepto dubio in materia iustitiae) quia in illis capitulis non dicitur in dubio homicidii abstinendum esse à ministerio Altaris, quia in dubiis tutiorem semitam debeamus eligere, ubi exponendum est quod dicitur *debeamus*, quo denotatur tunc non imponi à Pontifice peculiarem aliquam obligationem pro casu homicidii, sed obligationem generaliter in dubio cuiuscumque facti aliunde provenire, ex lege videlicet, aut ex præcepto, cuius transgressioni dubius se temere exponit. Hæc Hurtado, & ideo Turrianus ait quoddam in supradictis iuribus interrogatus Pontifex non condidit novum jus, sed declaravit obligationem juris naturalis nam circa factum non debebat statuere legem, sed pro futuro. Item quia reddidit rationem suæ regulæ, nempe quia in dubiis tutior pars est eligenda, quæ ratio inepet subjangeretur si esset falsa, & non contineret doctrinam universalem.

2. Verum his non obstantibus communiter contrariam sententiam docent DD. nempe in solo homicidio quem censeri irregularem in dubio facti, secus in aliis casibus. Ita Maldetus *1. 2. D. Thom. quest. 19. art. 5. disputat. 87. dub. 8.* Alphonsus de Leone *tractat. de offic. & potest. confess. tom. 1. recollect. 17. num. 68.* Suarez de *censur. disput. 40. sect. 6.* Henriquez *lib. 14. cap. 13. num. 4.* Avila *p. 7. disp. 2. dub. 5. conclus. 2.* Sanch. *tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 48.* Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. num. 39.* Coninch de *Sacram. disput. 18. dub. 2. numero 22.* Salas in *1. 2. quest. 21. tract. 8. disputat. 1. sect. 18. num. 168.* & alii penes ipsos. Prima pars positæ.